

57.6.3.1. num. 41.
8
27731

OCCASIONE SVI IPSIVS EXAMINIS
A.B.
INCLYTO ORDINE IVRIDICO ERNESTINAE NOSTRAE
IN DIEM XXIV. SEPTEMBR. MDCCCLXXIII.
HORIS LOCOQUE CONSVETIS PVBLICE PRAEFIXI

PRAEMISSO SCHEDIASMATE
DE
VTILITATE STVDII IVRIDICI
IN RATIONARIO
ET
ADDITO VITAE SVAE CVRRICVLO

MAECENATIBVS AC FAVTORIBVS
SVIS VENERANDIS
NEC NON COMMILTONIBVS DESIDERATISSIMIS
OMNI PIETATE HONORISQUE CVLTV

SE
COMMENDAT
ANTON. FRANC. OTTO BÜHRMANN
RECEPTOR CONTRIBVT. COMITAT. HASSO-SCHAVENBURG.

KENFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE
RINTELII
TYPIS IOH. GODOFR. ENAX, ACAD. TYP.

COLLEGIO DEI LIBRAZI LIBRARIA

xx

COLLEGIO COMMUNICATISSIMI LIBRARIIS LIBRARIA

IN DILEXIA LIBRARIAE DECORATIONE

LIBRUS LOCOPARUS QUESVATIS PULCHRICI FRONTE

BRAGINUS SCHEDIASMATE

xx

UNIVERSITATIS STADII VARIDICI

IN KRAKOWO



WIEGLINNIBAS AC TAVTORIBAS

xx

SABIS VELLERUNDIS

SCIC SAN COMMUNICANDA PTERALIBRIS

QD S. BIBLIOT. HOC QDQVOS CESTA

xx

COPIELIBAT

ANTHONI RYMC OTHOPHRYMAY

SCIC SAN COMMUNICANDA PTERALIBRIS

QD S. BIBLIOT. HOC QDQVOS CESTA

xx

COPIELIBAT

ANTHONI RYMC OTHOPHRYMAY

SCIC SAN COMMUNICANDA PTERALIBRIS

QD S. BIBLIOT. HOC QDQVOS CESTA

xx

KINTELI

SCIC SAN COMMUNICANDA PTERALIBRIS

QD S. BIBLIOT. HOC QDQVOS CESTA



D e utilitate, quam Jurisprudentia rationario praebet, paucula disserturus, praemittendum censeo, me haud contendere, quod rationarius, sive qui alicui a rationibus est, necessario esse debeat Jurisconsultus, sed quod, aliquali saltem jurium notitia imbutus, in administrandis bonis alienis, edendisque rationibus cautius procedere, adeoque sibi melius consulere possit. Prius si auderem afferere, permulta exempla mihi possent obmoveri. Plurimi enim administratores & rationarii jurium plane insci inveniuntur. *Ast hi*, ut ait Pistorius in Thesauro paroemiarum germanico - juridicarum, centur. 2. pa-roem. 27. §. 3. p. m. 167. vel tanti sunt ingenii ac indolis, ut statim omnia satis intelligere, & optime de illis judicare queant, vel in administrando officio tam diu vicario utuntur, donec semet ipsos reddiderint aptos, & praxis ex negotiorum rerumque agendarum tractatione & exercitio addiscenda venerit. Ex ipsa definitione rationis (*Rechnung*), quam Labeo dat in l. 6. §. 3. D. de Edendo, eam esse negotiationem ultro citroque dandi, accipiendo, credendi, obligandi & solvendi, magna jurium notitiae utilitas in rationario prono alveo, & sole meridianio clarius deducitur. Fines dissertationulacae excedendo nimis longus forem, si omnibus & singulis circa materiam de dando, accipiendo, credendo, obligando

do & solvendo in jure praescriptis regulis atque cautelis immorarer. Exempli loco liceat tantummodo unicum illud attingere, quo nulum frequentius in rationario reperitur negotium, confectionem nimurum apochae (*Quitung*), que est *scriptum testimonium de adimpta obligatione*. Eam confidere res minimi momenti habetur, & certo respectu quoque talis est. Qui vero sufficere autumat, si in scriptura testetur, quod debitum solutum acceperit, admodum fallitur, & vel sibi, vel alteri detimento esse potest. Fora testentur, quam multae propter apocham, necessariis requisitis orbata, in iis ventilentur lit-
tes, quarum nonnullas, si earum allegatio non esset odiosa, recen-
sere possem. Ex jure igitur addiscenda sunt apochae requisita. Hoc nos edocet, eam, ut fiat instrumentum guarentigiatum, debere ex-
primere, in quanam re subsisterit solutum debitum, a quo, cui, at-
que quo die & consule impleta sit obligatio, sive solutio facta. Vno
horum deficiente, apocha vitio laborat, ex quo multi errores, ex
erroribus autem controversiae oriuntur. In his evitandis quin juris-
prudentia intuitu apocharum scribendarum permagnam in rationa-
rio exserat utilitatem, nemo sane est, qui ibit inficias. Quae de
apocha dicta sunt, mutandis mutatis etiam obtinent circa antapo-
cham (*Rückschein*), *qua debitor solutionem creditoris præficitam jure factam esse, fatur*, l. 19. C. de Fide Instrum. Hac creditor a debitore, illa
vero debitore a creditore securus redditur. Hinc in omni obligatio-
ne reciproca locus est apochae & antapochae: sic emphyteuta, ac-
cepta apocha de annuo canone soluto, tenetur ad antapocham tra-
dendam, qua confitetur, se jure dominii utilis tantum soluisse, ne
domini emphyteuseos post lapsum aliquot annorum dominium dire-
ctum possit intervertere. Confundenda vero non est haec antapo-
cha (*Rückschein*) cum litteris, ut ita dicam, reversalibus, quae ver-
nacula nostra pari nomine *Rückschein* audiunt, & in rationum ne-
gotio quotidie occurrent, quam v. c. rationarius, qui officiali cui-
dam annum salarium tantummodo pro parte exsolvit, nihilomi-
nus tamen apocham generalem (*Generalquitung*) accipit, hisce lit-
teris reversalibus, se reliquam salarii partem adhuc debere, testa-
tur: quod litterarum reversalium genus administratori bonorum
fiscalium nostrae Hassiae est prohibitum. Doctrina de pignoribus, fi-
dejussionibus, obligationibus, contractibus, commodis & incommo-
dis calculi, confectionibus inventariorum atque calendariorum, &
quae

quae sunt plura ejusdem generis, ex jure petenda, administratori bonorum diffusorum, de quo mihi, non curanti administrationem, quae per bacilos fissiles geritur, praecipius sermo, aliquantis per scitu quam maxime utilis est, quum ei toto fere die celebrandi occurrit contractus, conscribendae obligationes, & constituendi seu accipiendi fidejussores. Si administratorem bonorum domania lumen respicio, ejus rationes plerumque tanti sunt ambitus, totque iuridicis circumdatae negotiis, ut, experientia convictus, tuto afferere queam, eum, si jurium ignarus non nisi calligraphiam, quatuor arithmeticæ species, regulam de tribus, fractiones earumque fractiones callet, officio suo omni ex parte satisfacere non posse. Objicitur quidem, quod quis per alium facit, ipsum id fecisse putandum esse, & Jurisconsultorum copiam nostris temporibus ubique locorum tantam inveniri, ut rationarius, jurium expers, facilissime aliquem reperire possit, cuius consilio atque auxilio in tali necessitate casu utatur. Sed hocce obmotum dubium nequaquam deservit meum assertum, quod versatur circa utilitatem, non absolu tam necessitatem studii juris in rationarii persona. Illaesa enim cogitatio est, alias non indigere eum, qui sibi ipsi & se ipsum consulere potest, consilii sui autem incapaci, ut vicarium adhibeat, necessarium esse. Optimum certo esset munus rationarii, quia habet, unde sumat, dummodo non requireretur rationum editio & restitutum solutio. Hoc periculo tempore appropinquante, rationarius, se insolvendo videns, vel solum vertit, vel alia non facienda haud raro perpetrat, ne rationes reddere teneatur, & Wehnerus in Observat. practic. sub voce: Rechnung, p. m. 401. ipsum Iulium Caesarem ob metum redditionis rationum arma civilia movisse, ex PETR. GREGOR. libro de Republica refert. Vera caussa, ob quam administrator bonis labitur, saepius nos fugit, & non semper dissoluto vitae generi, aut summae negligentiae, sed, me quidem sentiente, interdum quoque profunda regularum & cautelarum iuridicarum ignorantiae, ac immaturo pudori, eam confitendi, Jurisque peritum consulendi, adscribenda videtur. Ecquem, amabo! in finem D. FRANC. MVNNOZ de Escobar, Hispanicus causarum Patronus, & IOAN. HEESER, Consiliarius Nassovicus, integra volumina scripsierunt de rationibus & edendis & reddendis? dubitandum omnino est, hosce ICtos in voluminibus suis elaborandis id tantummodo unicum intendisse,

ut

ut de eo, quod circa rationes observandum venit; vel fibi pares, vel dupondios instruerent: sed verosimilior mihi arridet praesumtio, eos in regulis atque cautelis quoad rationes, ex jure colligendis, magis in favorem ac utilitatem administratorum seu rationariorum desudasse. Quod in contrarium profertur, hos duos libros administratoribus in Germania, quatenus linguae eruditorum sunt ignari, & quorum maxima pars est, nullam adferre utilitatem, non est tanti ponderis, ut propositam meam praesumptionem plane reddat defensoriam. Hispanus enim ille de Escobar, germanicae linguae inscius, non in usum nostrae, sed suae provinciae, in qua & infimae conditionis homines linguam latinam in scholis inferioribus addiscunt, scripsisse videtur: & IOAN. HEESER locos suos communes de rationibus eo tempore conscriptis, quo lingua latia magis adhuc quam nostro aeo, diligebatur. Quale commodum-ex legum notitia in rationarium redundet, auctorem habeo Cel. Academiae Götting. Profess. & Doct. Jur. IYST. CLAPROTHIVM. Hic in utilitatem tutorum, qui, excepta sua vernacula, nullam aliam callent linguam, & jurium insci sunt, hoc anno tractatum edidit Unterricht vor Wormschen, in cuius praeftatione ipse fatetur, se tutores nosse, qui ob deficiemtum jurium scientiam rationes suas tutelares non sine magna patrmonii jaectura reddere potuerint.

Haec sunto, quibus utilitatem, quam rationarius ex studio juris percipit, brevibus ostendere, vitaeque meae curriculum annetere volui.

Natus equidem sum Rintelii d. XXII. Augusti MDCCXXXII. patre Ioan. Godofr. Bührmann, Commissario commerciorum & Administratore civici nostri aerarii, & matre Louisa Clara, Consiliarii Cameræ Ant. Franc. Ott. Capaun & Elisab. Clarae Fergel filia natu maxima. Anno aetatis quinto spina dorfi, nefcio quo casu, fracta, piii parentes, vitam urbanam pertaesi, atque Rintelio nostro ultimum dicentes vale, me puerum masson debilem, ut sanitatis meae restituendae eo meliorem haberent curam, annis sequenti in prædia rustica conducta secum abducere, officium duxerunt pateri amoris, & usque ad duodecimum vitæ annum prima religionis evangelicae principia, artem arithmeticam & calligraphiam, quantum in iis fuit, me ipsi docuerunt. Elapo duodecimo anno optimi parentes MDCCXLIV, me hic remiserunt, ut litteris imbuerer humanioribus. Quo facto auctoritate

maternus mibi facultatem concessit, ejusdem Praeceptoris, quem filii suis
 aluit, nunc pie defuneti Pastoris Beckedorfensis Iohan Engelb. Cruell fide-
 li manuductione, ad linguas eruditas aliasque inferioris scientiae partes ne-
 cessarias addiscendas, utendi. Hujus viri gratam memoriam nulla in me un-
 quam delebit oblivio, studia enim mea ita formavit, ut dignus judicatus
 sim, qui MDCCLII. a Pro-Rectori Frid. Ulr. Pestel I. V. D. & P. P. O.
 civitate academicâ donarer. In eloquentia latinae, geographiae & historiae
 universalis studio ducem secutus sum Virum Excellentissimum Iohan. Nic.
 Funcium nostrum, Eloq. Histor. & Polit. Profess. Celeberrimum. Beati
 Conr. Frid. Ern. Bierlingii S. S. Theol. Doct. & Profess. preelectionibus
 in Christ. Aug. Heumannii Conspectum Reipublicae litterariae interfui.
 Virum Celeberrimum D. & P. I. Frid. Wilh. Pestel, quem nunc Lugdu-
 num Batavorum tenet, commentantem audiri ad Nic. Hier. Gundlingii
 Jus Naturae & Genium, Georg. Frid. Mejeri Logicam germanico idio-
 mate scriptam, & Siegm. Jac. Baumgartenii Philosophiam moralē. Ex
 ore Viri Excellentissimi M. Joan. Gottl. Stegmanni, nunc Profess. Philosoph.
 & Matth. in Collegio Carolino, quod Caffellis storet, Logicam ductu Com-
 pendii Baumeisteriani percepi, eoque Praefide frequentavi Collegium disputa-
 torium philosophicum. His quodammodo imbutus scientiis, ad prima elemen-
 ta Jurisprudentiae, cui me consecrare animus erat, accessi, & recitationibus
 pie defuncti Fridr. Vlr. Pestelii ad Heinocci Institutiones Imperiales inter-
 esse coepi. Harum primus liber nondum ad dimidiā usque partem absolu-
 tū erat, quum gibbum sequeretur longe durius malum. Debilitata enim na-
 tura me anno MDCCLIV. dextro pede adeo fecit claudum, ut studio juridico
 triste dicere vale, & novem annos duabus grallis incedere fuerim coactus.
 In statu hocco omni misericordia digno felicem me praedicavi, quod avun-
 culus pie mortuis Quaestor Joan. Georg. Meth, ut in edendis & reddendis
 rationibus ab auxilio ei esset, me susciperet. SERENISSIMVS PRINCEPS NOSTER
 FRIDERICVS II. HASSIAE LANDGRAVIS RELIQA vacuum Receptoris
 Contributionum Comitatus nostri Schauenburgici munus anno MD CC LXIII.
 in me submissime petentem, nullo grallarum habito respectu, contulit.
 Non minus etiam Quaestura, rationesque reddituum nostrae Academiae, Ac-
 cise, rei salinariae, chartarum signatarum & Coenobii Mollenbeccensis,
 morte Avunculi Quaestoris Meth anno MDCCXLIX. subsecuta, vacantes
 usque ad anni gratiae, viduae concessi, finem mihi mandatae sunt. Interea
 semper sperans, fore, ut recuperata aliquali corporis sanitate, filium Juris-
 prudentiae fato ruptum tandem aliquando possim annexere, permagna utili-
 tate, quam rationario Jurisprudentia offert, probe perspecta, temporis
 spatiū,

spatium, quod peractis laboribus supererat, lectioni librorum juridicorum
 tribui, ne paucula illa hic usque percepta oblivioni plane traderentur. Deus
 T. O. M. ardentes ei fusas preces tandem exaudiens, abhinc circiter septem
 annos flagrantissimi voti me fecit compotem, enervatas corporis partes ita cor-
 roborando, ut primo unica, non ita multo post vero absque ulla gralla am-
 bulare potuerim. Haud difficile judicatu est, mihi quam maxime fuisse ju-
 cundum, si tunc temporis studium juris eo, quo multis ante annos incep-
 ram pede, statim potuisset prosequi: sed adversa Avunculi Quaestoris Meth-
 valetudo, mors ejus subsequens, redditio omnium ab eo reliquarum ratio-
 num, administratio vacui muneric mibi, uti jam dictum, ad annum gra-
 tiae commissa, et quae fuerunt hujus generis plura impeditamenta, me famis
 liae commodo utilitatem meam postponere jusserrunt, ut non prius quam anno
 MDCCCLXXI. resalutare Themidem nostram potuerim. Intra hoc biennium Vr-
 ros Illustres & Consultissimos C. G. Wippermann, J. N. Moeckert & J. P.
 Bucher, ad Dariesii Principia Juris natur. Heinecii Institut. Iustinian-
 eas, Kochii Institut. Juris criminalis, Compendia Pandectarum, Ludovic-
 ianum & Schamburgianum, Hellfeldii Elementa Juris feudal, G. J.
 Boehmeri Principia Juris canonici, & Claprothii Vorstellung des civil
 Processe commentantes, quantum Receptoris munus aliaque negotia publica
 permiscent, assiduo & frequenter auscultavi, Viroque Consultissimo Moe-
 ckert Praeside frequentavi collegium disputatoriorum juridicum. Horum ma-
 gni nominis virorum & Praeceptorum meorum Amplissimorum indefessor in
 me erudiendo labores grata mente agnosco, & mibi persuassimum habeo,
 quod omnes profectus, huc usque in jure factos, tis referre debeant acceptos, ne
 unquam gratias debitas, licet uaximas easque publicas, perfolvere possim.

Nunc ex mandato CLEMENTISSIMO SERENISSIMI
 PATRIS PATRIAE LANDGRAVII HASSIAE RELIQVA, publice
 ostendendum est, quid valeant humeri, quidve ferre recusent. Eum
 in finem inclitus Ordo Vniversitatis nostraræ literatae juridicus, ho-
 nestæ petitioni meae locum faciens, diem in fronte hujus schedi-
 asmati definitum praefixit, ut in eo horis locoque consuetis & tenta-
 men ex universo jure, & examen, quod vocant rigorosum, ad du-
 etum commentaryum in praescriptam I. 2. C. de Rescind. Vendit.
 & Cap. 12. X. de Praesumt. subeam. Qua occasione, Vobis, Mae-
 cenate & Fautores omni pietate colendi, Committonesque delide-
 ratissimi! etiam atque etiam me commendans, nihil magis in votis
 habeo, quam ut benevolentia vestra me dignari, amoreque vestro
 amplecti pergere velitis.

(X225 7030)



B. I. G.
7773,1.

OCCASIONE SVI IPSIVS EXAMINIS
AB
CLYTO ORDINE IVRIDICO ERNESTINAE NOSTRAE
IN DIEM XXIV. SEPTEMBR. MDCC LXXIII.
HORIS LOCOQUE CONSVETIS PVBLICE PRAEFIXI

PRAEMISSO SCHEDIASMATE
DE
FILITATE STVDII IVRIDICI
IN RATIONARIO
ET
ADDITO VITAE SVAE CVRRICVLO

AECENATIBVS AC FAVTORIBVS
SVIS VENERANDIS
NEC NON COMMILTONIEBV DESIDERATISSIMIS
OMNI PIETATE HONORISQVE CVLTV

SE
COMMENDAT
ANTON. FRANC. OTTO BÜHRMANN
RECEPTOR CONTRIBVT. COMITAT. HASSO-SCHAVENBVRG.

RINTELII
TYPIS IOH. GODOFR. ENAX, ACAD. TYP.

JED
RS
IE